



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

V. Homo, eximijs licet bonis ornatus, cum Deo comparatus, miser, & nullus est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

Act. 17. 28. *Et non in furore tuo, ne forte ad nihilum me redigas. In eo uiuimus, mouemur, & sumus.* ait D. Paulus. Verbo: Vt Deus solus est, qui est; ita homo est, qui non est; & vt solus ille non potest desinere esse, sic hic in nihilum redigi potest. Iam quomodo Deum ille offendere possit non video; si quispiam in turri excelsa staret, aliumque ille, tenui pendentem filo, ne caderet, teneret, auderet ne talis se tenentem offendere, conuertiari? Tu, ô peccator miserrime, à voluntate diuina, ne in nihilum cadas, teneris, qua fronte eius maiestatem audes offendere, & ad iram prouocare? O homo non homo.

CAPVT V.

Homo, eximius licet bonis ornatus, cum Deo tamen comparatus, miser & nullus est.

Orbis

ORbis vniuersus, vt beatas
 ille mentes, homines, cæ-
 terasque simul creaturas omnes
 complexu suo continet, Dei cõ-
 paratione, *momentum statera sunt, Sap. 11. 23.*
 hoc est, tenuissimus puluis stateræ
 lancibus adhærens, nihilque
 ponderis addens. ; & *tanquam*
gutta roris ante lucani, quæ descendit
interram. Omnes etiam gentes, quasi *Esa. 40 15.*
stilla stula, & quasi momentum sta-
tera reputatæ sunt, ecce insula quasi
puluis exiguus: & omnes gentes quasi
non sunt, sic sunt coram eo (Deo) &
quasi nihil, & inanereputatæ sunt
 ei. Iam quid erit homo, si cum
 Deo conferatur? comparatus
 cum cætu hominum solo, ho-
 mulus est, cum Angelis beatifq;
 omnibus, accarus est, cum cæte-
 ris creaturis omnibus teredo est;
 cum Deo, vt Societatis nostræ
 parens B. Ignatius dicere solitus *In Exerc.*
 est, *ulcus est, & apostema, ex quo tan-* *spirit.*
 ta sa-

*ta sanies peccatorum, tantaque vitio-
rum lues defluit; vel, si maus, pro-
pe nihil. Id Psaltes regius agno-
uit, cum candidè dixit: mensura-
biles posuisti dies meos, & substantia
mea tanquam nihilum est ante te;
substantiam vocat totum esse
suum, animam, corpus, eorumq;
vires & potentias omnes. Mundi
liberator ac vindex Christus
aliquando dixit: Nemo bonus nisi
solus Deus: infero ego: nemo est
nisi solus Deus; ens siquidem &
bonum, vt Scholæ loquuntur,
conuertuntur. Minùs ferè Apo-
stolus, cum creatum omne detrimen-
tum existimat & stercorea. Quocirca
David hæc apud se considerans,
in hæc verba prorumpit: Quid est
homo, quod memor es eius, aut filius
hominis, quoniam visitas eum? Et
ante eum Iob: Quid est quod mag-
nificas eum (hominem) aut quid
apponis ergo eum cor tuum? Et ta-
men*

Pf. 38. 6.

Luc. 18. 19.

Phil. 3. 8.

Pf. 8. 5.

o. 7. 17.

men
ofus
ijeer
um
triu
uit?
cro,
tent
amo
ame
dere
erit

M

O
cten
tan
Alci
intre
quic
ma

men Deum audet homo flagitiosus offendere, contemnere, abijcere, ô scelus. Quis Caucasus eum genuit? Quæ lupa eum nutriuit? quæ eum Tygris educauit? In nihilum se redigat, obsecro, & in fauilla ac cinere pœnitentiam, per omnē vitam, agat, amoremq; ab æterno se amanti amet; & amicum antiquum non derelinquat; nouus enim non erit similis illi.

Eccl. 9. 14.

CAPVT VI.

Anima ratione homo miser & infelix est.

QVàm miser & infelix homo existat, generatim hactenus vidimus, eum in specie, tanquam Sitemum quempiam Alcibiadis, vt est in prouerbio, introspicere animus est. Et hoc quidem capite, quatenus is anima constat, quæ licet in se rationalis